et calor naturalis non debilitatur tunc pili non canescunt nec
corrugatio cutis accidit Et causa ista accidentia senectutis ac-
cidunt ex debilitate caloris naturalis non debilitatur tunc pili
non canescunt nec corrugatio cutis accidit ad frigiditatem
et siccitatem Ergo nutrimentum corrumpitur in membris Sola
cibus pervenit ad quodlibet membrum et digeritur a calore naturali
illius membri Cum ergo debilitatur iste calor a quadam occa-
sione vel causa caloris naturalis corrumpitur iste cibus et tunc ac-
cidit preter alias egritudines salsedo in fortibus canicies et cutis
corrugatio Habet senectus et debilitas caloris accidit duplex
scilicet ex longo decursu nature debilitate tunc est naturalis licet
multo tempore per retardandum industria sapientum medicorum que
tamen pauci rectum faciunt sicut modo Alio vero veniunt ex pres-
sionis necessitatibus et curis huius seculi et temporis accidit
Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam tenetur quia
sacro sensum multa cogitantem Et hec senectus potest in to-
to auferri Non autem in prima quia frigiditas et siccitas in se-
nibus predominatur naturaliter Ideo sanguis eorum est paucus et vix
debilis et calor innatus est deficiens in digerendo Et magis
generantur in eis humiditates naturales et male scilicet humores
crudi Et ideo etiam debilitantur spiritus eorum qui sunt tres scilicet
naturalis vitalis et animalis Et superveniet eis debilitas nature
quia corpora eorum cottidie fiunt frigidiora et sicciora quam ante
fuerant Et ideo indigent aliquibus que calefaciunt et hu-
mectant humiditatem acquirendo equaliter tam in cibis et potibus
quam ex medicinis convenientibus et que augmentant sanitatem
cum bonitate digestionis et exercitio et gaudio Et huius generis sunt
aspectus rerum bonarum et status alti et colore bono et vasa
preciosa et ornamenta Et cibi boni laudabiles et potus etiam
que faciunt videre et letari Et reliqua que sunt eis similia
scilicet odores delectabiles et species bone cum condimentis et elec-
tuaria Et medicine habentes illam proprietatem nobilitatem nobilem
proprietatem et occultam multis incognitam et a multis abscondi-
tam Ex indiget eis quia exterminat humores crudos visco-
sos in corpore congregatos et destruit superfluitates et digerunt
indigestos humores et sincerat corpus Quod fit per medi-
cinas nobiles ex mineralibus vegetabilibus et animalibus
congregatas et magistralium confectas Indiget etiam eis quia
minorant cutis corrugationem et incanitiem et induunt in
ea pulchritudinem iuvenilem et mundificant et rubedinem
Et hoc fit duobus modis scilicet per abstersionem cutis et per purifi-
cationem sanguinis et mundificationem Que autem albificant hu-
mectant et subtiliant detergunt autem cutis Cum abstergit
cum illa istud quod est in ea infectum detersione subtili et
subtiliatur cutis abstersione leni per linamenta et ablutiones
sicut sunt oleum nucis et bauracis [illegible] Thus radicis sigilli